

non omnia omnes possumus

pauo ad Iunonem uenit indigne ferens,
cantus luscini quod sibi non tribuerit;
illum esse cunctis auibz admirabilem,
se derideri, simul ac uocem miserit.
tunc consolandi gratia dixit dea:
‘sed forma uincis, uincis magnitudine;
nitor smaragdi collo praefulget tuo,
pictisque plumis gemmeam caudam explicas.’
‘quo mi’ inquit ‘mutam speciem, si uincor sono?’
‘fatorum arbitrio partes sunt uobis datae:
tibi forma, uires aquilae, luscini melos,
augurium coruo, laeua cornici omina,
omnesque propriis sunt contentae dotibus.’
noli adfectare quod tibi non est datum,
delusa ne spes ad querelam reccidat.

PHAEDRUS 3.18

pauo: peacock

indigne: adv. cf. Engl. deriv.

ferens: supply *se* = lit. “carry oneself” = “be in a particular state”

cantus: 4th decl. masc. here in what case?

luscinius: nightingale

quod: causal; syntactically before *cantus*

tribuerit: think carefully: who’s the subject?

simul ac = *cum* or *quo tempore*

miserit + *derideri*: complete action in protasis + continuous action in apodosis = ?

consolor (1) = Eng. deriv., here what part of speech?

smaragdus: emerald (stone)

praefulgeo (2): shine

pluma: feather

gemmeus: bejewelled

cauda: tail

explico: unfold, spread out

mutus = Eng. deriv.

quo + acc. (of exclamation?) perhaps here something like “To what end (lit. whither)
is this thing for me”

melos: Gk word, neut. nom. sing. meaning song

augurium: (art of) prophecy

cornix: crow

omen ≠ *omnis*!

adfecto (1): cf. Engl. deriv.